

## Questio Unica

tempore finito et sic argueretur de secunda et tertia: et sic deinceps: et cum partes mobilis sint finite ut supponit conclusio que ponit mobile esse finitum sequitur etiam quod partes temporis quibus omnes partes mobilis huiusmodi termini attingunt erunt finite et per consequens tempus quo totum mobile pertinet ad terminum erit finitum. Sed si tempus est finitum necesse est magnitudinem esse finitam: si ergo mobile est finitum necesse est magnitudinem et tempus esse finita.

**C**onclusio tertia. Mobile sive finitum sive infinitum tempore infinito moueri non potest: patet satis de mobili finito in ratione immediate facta. Sed de infinito patet quia nunquam completeret suum motum. Hodo quod impossibile est factum esse impossibile est fieri et sic impossibile est mobile infinitum tempore infinito moueri.

**C**onclusio quarta. Tempore et mobilis existentibus finitis necesse est motum finitum esse. Probatur quia magnitudo et motus consimiliter se habent ad esse finitum et infinitum: quia ictum est spaciū per transitum tantum oportet esse motum ideo dicit aristoteles quod nichil differt motum aut magnitudinem infinitam facere. sed magnitudo ad esse finitum vel infinitum consimiliter se habeat ad tempus et mobile ut probatum est: ergo etiam motus consimiliter se habebit.

**C**ontra hec arguitur et primo quod continuum componatur ex indivisibilibus: quia continuum naturale componitur ex minimis naturalibus ut dictum est. I. phi. sed minimum naturale non est indivisible igitur. Item minima pondus quod sortes non potest portare sive pondus equalis resistente cum actuitate sortis excedit indivisibiliter omne pondus quod sortes potest portare sive quod est minoris resistente ictus sortes sit actuitatis et similiter totum indivisibiliter est maius sua parte: ergo per aliquid indivisibile antecedens patet: quod non potest dari determinata pars indivisibilis per quam totum ictus partem excedat. Nec certa proportio. Non enim in proportione dupla excedit ictus partem: quia in illa proportione non excedit duas tertias. Forte dicas quod etiam per nullum indivisibile totum est maius sua parte: quia indivisibile additum alteri non facit ipsum maius nec minus. Contra. Si a linea auferatur punctum tunc ipsa non est finita et per consequens infinita: quod per nichil finitur et tamen per additionem puncti fit finita: ergo fit minor ictus prius erat. Item in numeris unitas indivisibilis addita uno numero facit numerum maiorem.

**C**ecundo homo est continuum et tamen componitur ex indivisibili: quia componitur ex anima sua que indivisibilis est. Item in essentialiter ordinatis est dare primū simpliciter: sed totū et partes essentialiter ordinatur: quia totius ad partes est essentialis dependentia: ergo est dabilis prima pars simpliciter illa autem non potest diuidi.

**C**ertio si quelibet pars continua esset indivisibilis in infinitas partes proportionabiles sequeretur quod totum esset actu infinitum: quia due partes faciunt continuum alicuius ictutatis et tres partes faciunt continuum maioris ictutatis et sic in infinitum. Itē si puncta non sint linee sequitur quod deus poterit corruptere duo puncta contiguorum et tunc queritur vel illa adhuc sunt contigua vel non. Si secundum

## Articulus Secundus.

ergo distant ab iniuvem sed contra illa non sunt mota: ergo non distant sicut neque prius. Si primū: ergo habent ultima simul quod est contra casum ictus.

**C**uarto arguitur ad idem puncta in linea sunt immediata: ergo possunt componere lineas antecedens patet quia quando linea dividitur tunc divisione cadit super punctum: ergo punctum dividitur.

Alias non in qualibet linea esset punctum extremum post divisionem. Forte dicas quod in divisione generantur duo. Contra primum erat ibi in potentia: sed frustra est potentia que non potest reduci ad actum: ergo per divisionem primum punctum manet et eodem modo arguitur de instantibus in tempore que ponuntur esse infinita in potentia querendo quomodo illa potentia reducatur ad actum cum quodlibet instantis sit continuatio: ergo nullum potest esse in actu.

**C**inquo arguitur quod tempus componitur ex individualibus: quia est formaliter ictus discreta: ergo ut sic partes eius non continuantur. Item in magnitudine datur primum punctum quod primo erit per transitum et non in tempore: ergo in aliquo instanti et illud instantis est immediatum hunc instanti: ergo in tempore duo instantia sunt immediata. Item inter omnia instantia prime hore et omnia instantia secunda hore nichil mediat: ergo sunt immediata. Item hec propositione immediata post hoc erit vera scilicet aliquid istorum est: ergo aliqua singularis eius immediata post hoc erit vera et demonstro omnia instantia futura capio: ergo illam singularem que immediata post hoc erit vera et sequitur quod instantis per ea demonstratum immediatum post hoc erit. igitur.

**C**ad primum dictum est in principio physico. Ad aliud negatur consequentia: quia aliud est excedere indivisibiliter et aliud est excedere per indivisibile.

**C**ad secundum dicitur quod nullum continuum componitur ex indivisibilibus tanquam ex partibus integrilibus. Ad aliud dicitur quod partes continua non habent inter se ordinem essentialē: et ideo non oportet quod detur prima simpliciter. Sed dices dabilis est prima pars proportionabilis: ergo dabilis est ultima que non est amplius divisibilis: negatur consequentia propter eandem rationem nec etiam datur prima proportionabilis simpliciter.

**C**ad tertium negatur consequentia: quia partes facientes maius continuum non sunt eiusdem ictutatis. Ad aliud patuit primo phi. Sed an punctum faciat duas lineas contiguas distare dicitur et non.

**C**ad quartum dicitur quod in eadem linea recta nunquam puncta sunt immediata nec oportet omnem potentiam reduci ad actum completum.

**C**ad quintum p. 4. phi. et si queratur si tempus per formaliter esset ictus discreta quod diceretur esse quia successiva sunt per aliquid quod est continuarium eorum de hoc ar. quinto. Nec punctum pertransitur per se et ideo non habet propriam mensuram. Ad aliud negatur consequentia.

**D**icitur quod tertius sic proceditur. Videtur quod aliquid possit moueri in instanti sive in ipso nunc quia quando res mouet continet tunc in medio instanti non est verum dicere quod incipit moueri: ergo in illo instanti mouetur: quia da oppositum scilicet quod non mouet in illo instanti et immediata post hoc mouebitur: ergo in illo instanti incipit moueri quod est contra casum in oppositum est phus.

